Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Laurentius M. S. Asteria V. & M. S. Deus dedit, Conf. 10. Aug.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Laurentius M. S. Aſteria V. & M.
S. Deusdedit, Conf. 10. Aug.

Obedientia.

Fidelis obediens neſcit moras, fugit craſtinum & ignorat tarditatem. Bern

Deus qui nos B Laurentij M. tui (S. Aſteriæ V. & M S Deusdedit Conf.) annua ſolemnitate lætificas: concede propitius, vt cuius natalitia colimus per eius ad te exempla gradiamur. Per D N I. C. &c

Ora pro Confeſſarijs, &c

1. S. Laurentius M. ex Hiſpania ortus, Romæ Diaconus ordinatus, omnium gentium præconijs laudatur, ſtupet in eo orbis totus fidelitatem in S. Sixtum Pontificem, liberalitatem in pauperes, Eccleſiaſticæ rei curam, & in Decij Tyranni confuſione magnanimitatem, Craticula qua toſtus eſt illi modo encomium, quæ olim fuit ſupplicium.

2. S. Aſteria ſeu Heſteria V. & M. Bergomenſis, cum multos Chriſtianæ religioni addixiſſet præconio, ipſa eidem propior facta eſt Martyrio.

3. S. Deusdedit Conf. ſutoriam Romæ egit, melius religionem vna coluit inſigne. eſt quod Sabbatis erogabat ad S. Petrum pauperibus, quæ per hebdomadam comparcere ex labore curarat.